



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Cvræ Pastoralis Præcipve Circa Repentina & Generaliora

Possevino, Giovanni Battista Bernardino

Coloniæ Agrippinæ, 1645

Collectanea breuia pro Bulla Cœnæ Domini.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42220



COLLECTANEA
breuia pro Bulla Coenæ
Domini.

PRIMO.

Excommunicantur Hæretici cuiuscunque sectæ,
eorundem fautores, libros legentes, tenentes, aut
imprimentes, & Schismatici.

II. HÆRETICVS.



Excommunicatio hæc perstringit
Hæreticum omnem cuiusuis no-
minis, qui hæresim manifestauit
actu externo, etiam occultissimo,
etiam solitariè, & nullo præfente.
Omnes.

2. *Hæreticus quis?* Hæreticus verò est, qui
non credit determinatis ab Ecclesia Romana.
Sair. de cens. lib. 3. cap. 4. num. 16.

3. *Probabilis.* Est sub hoc maledicto, qui res
fidei habet probabiles, quia assensus debet esse
certus, ne quis sit hæreticus. Azor. 1. par. lib. 8. c. 3.
quæst. 6.

4. *Dubius.* Qui dubitat in fide sciens & vo-
lens. Tol. lib. 1. cap. 20. num. 3.

5. *Ignorans.* Habens ignorantiam crassam,
paratus tamen credere prædicatis per Ecclesiam,

à Soto iudicatur hæreticus, *distinct. 22. quæst. 2. art. 3. post 5. concl. negat* vero Azor *1. par. lib. 8. c. 9. quæst. 8. Sayr. c. d. n. 15.* qui interpretatur Sotum, si ignorantia sit talis, quæ faciliter vinci possit.

6. *Hæreticus mentalis.* Non ligatur hac censura, Hæreticus mere mentalis, id est, qui nullo actu externo, etiam occultissimo, errorem manifestavit. *Omnes.*

Hic ab omni exposito potest absolui. *Omnes.*

7. *Manifestans signo indifferenti.* Si hæresim manifestavit, sed signo indifferenti, ad manifestandam tam hæresim, quam fidem, videlicet, annuendo capite, aiendo, ira est, subridendo, reum maledicti quidam aiunt, quidam negant. Azor *l. d. c. 9. q. 12.* iudicat negativam probabilem. Sayr. *ibi. num 23.* affirmantes sequitur.

8. *Ioco dicens se hæreticum.* Nec qui per iocum dicit se hæreticum. Azor *c. d. quæst. 6. Sayr. c. 4. num. 31.*

9. *Nec legens, disputans.* Nec qui, cum sit hæreticus mentalis, legendo, narrando, disputando, vel alienos libros transcribendo, hæresim suam ore pronunciat; dummodo hoc non agat animo exprimendi, vel confirmandi narratum errorem, nam tunc esset hæreticus. Azor *c. d. q. 7.*

10. *Ore tantum.* Nec qui dolore, vel metu etiam leui, ore tantum, non corde, hæresim affirmat. Azor *c. 9. q. 9. & 10.* Concordat Caiet. *2. 2. q. 11. art. 1. ad 2. & q. 94. art. 1.* quia ut quis hæreticus cuadat, debet intellectu credere, quæ ore fatetur. Sayr. *c. 4. n. 13.*

11. *Edens vetita.* Nec qui transiens per loca hæretica, tempore ab Ecclesia interdicto carnes

edit,

edit, appositas ad periculum faciendum num fit Catholicus: quia hic actus indifferens, dummodo fidem interius retineat. Azor lib.d. c. 27. quast. 3.

12. *Apostata.* Excommunicatur praeterea apostata à fide, id est, qui à fide Catholica transit ad sectam Turcicam, Iudaicam, vel Paganam. Suar. *ibi.* intellige voluntate & intellectu. Suar. n. 8.

Qui ore vel corpore solùm, non animo dicit vel agit aliqua pertinentia ad dictas sectas, est à censura immunis. *Omnes.*

13. *Atheista.* Quid de Atheista? Si baptizatus, maledicto credo teneri, quia verè hæreticus; si non baptizatus, est liber; quia Ecclesia non iudicat de his, quæ foris sunt, etiamsi Iudæus, qui Deum vnum admittit; multo minùs, si alio nomine. Sil. infidelis: credo ratio eadem.

14. *Credens hæreticis.* Excommunicatur credens hæreticis, vt hæreticis, id est, quos hæreticos nouit.

Sufficit implicitè credat, etiamsi nihil explicet, vt idiota implicitè dicitur credere, dum credit, quicquid credit Ecclesia.

Talis esset, qui diceret, credo Caluino, vel Caluinus habuit veram fidem; volo mori in fide Caluini: qui ritus hæreticorum coleret, id est, qui faceret vel vellet facere, quod hæretici in morte vel in vita faciunt. Tol. Sayr. *ibi.* Sil. *hæres. 1. q. 7.* Azor *1. p. lib. 8. c. 15. q. 1.*

Si tamen iste hæresim sola mente contineat, & nullatenus prodat, hæreticus mentalis dicitur.

Qui credit hæreticum esse virum bonum, non



vt est hæreticus, sed vt est quidam vir, non afficitur censura. *Suar. disp. 21. sect. 2. num. 5. 6. 7. de cens.*

15. *Receptans hæreticum.* Excommunicatur receptator hæretici, talis est, qui celat hæreticum, vel in domum recipit, ne in manus iudicum deueniat. Sufficit hoc agat semel, sufficit, etiam si occultet, nec occisus occultanti vel familiæ dedecori sit. *Azor c. d. q. 2.*

Receptas hæreticum, non vt hæreticum, sed vt amicum, cognatum, non perstringeris censura. *Azor cap. 15. q. 3. Nau. c. 27. num. 56. Caiet. excomm. 1.*

Receptas, sed nihilominus hæreticus capitur, excommunicaris. *Sayr. c. 5. n. 4.*

16. *Fautor.* Excommunicatur fautor hæretici, vt hæretici. Talis est Dominus vel Magistratus, qui requisitus ab Episcopo vel Inquisitore omittit officium suum exercere contra hæreticum, non curat diligenter deduci, aut custodiri in carcere. *Omnes.*

Item testis, qui iuridicè interrogatus non docet verum, vt faueat ei. *Omnes.*

Item, qui cum teneatur indicare hæreticum, non indicat. *Omnes.*

Fautor facto. Item, qui cum sit priuatus, facto vel verbo fauet hæretico. Facto, si primario vel secundario iuuat hæreticum, vt euadat, fugiat è carcere, vel post fugam præbet equum viaticum, rumpit compedes, vel aliter ad fugam cooperatur. *Sayr. c. d. num. 5. 6. Azor c. d. q. 7.*

Honorem ei defert absque vlla causa excusante, vt cognationis, timoris, necessitatis, vilitatis,

tatis, vel alia simili. Nau. cap. 27. num. 60. not. 1.
Sayr. ibi. num. 8.

Fautor verbo. Verbo verò faues hæretico, si eum excusas, dicendo iniuste condemnatum, vel aliud simile. *Omnes.*

Faues, non vt hæretico, sed vt amico, excusatus à censura. Azord. q. 7. Caiet. excom. 1.

Fautor non secuto effectu. Quid, fauisti, sed effectus non sequutus? Sayr. c. d. nu. 4. censet probabiliter te excommunicatum: quia Canon principaliter includat fautores, non accessorie, nam accessorie inclusi non excommunicantur nisi effectu securo.

17. *Hæreticus an manifestandus?* Priuatus es, & nullo iuramento cogeris hæreticum pandere, si non pandas, non incidis. *Omnes.*

Incidis in Canonem, si sacramento adigeris pandere. *Omnes.*

18. *Defensor.* Excommunicatur defensor hæretici, vt hæretici, qui vi, potentia, viribus, vel armis tuetur hæreticum, vt tutò viuat, vel ne capiatur, aut puniatur, aut ne examinetur, aut vt euadat, vel non fiat contra eum iustitiæ executio. Qui patrocinium illius suscipit, qui instrumentum conficit, vt illum adiuuet. Sayr. ibi.

Defendis etiam hæreticos in genere, v. g. ne capiantur, ne iudicentur, es sub eodem maledicto.

19. *Patrocinari hæretico vt licitum.* Patrocinaris illi iuste, id est, vt fieri solet in tribunali inquisitionis, non es censuræ reus. Similiter innoxie illi patrocinaris in alia causa ab hæresi. Sil. ibi.

Si

Si defendas eum à violentia. *Omnes.*

Si faues, ne punitus, maius malum, vel malum grande eueniat bonis ; quia tunc bonis faues, non hæretico, credo.

Parrocinaris hæretico parato redire ad Catholicam fidem, vel dum ex processu non apparet illum esse hæreticum, non est censura astrictus, nam licere ait Iul. Clar. *pract. crim. l. 5. §. hæresis.*

20. *Hæretici præsumptio.* Si verò contra eum est præsumptio grauißima, eum per eam posse condemnari affirmat idem Clar. *ibi. q. 20. versu. Scias etiam,* videtur dicendum iuxta Clarum parrocinantem excommunicari, cum parrocinetur illi, qui habeatur ab Ecclesia hæreticus. De ista præsumptione vide Sil. *Præsumptio & Indicium.*

21. *Legens librum hæreticum.* Excommunicatur legens librum hæreticum, sciens esse hæreticum, & de hæresi tractare.

22. *Legens quis dicatur?* Legis, sufficit siue voce emissa, siue submissa, siue solis oculis percurrendo, de Graf. *lib. 4. c. 18. n. 45.*

23. *Legens hæretica incidenter.* Non tenetur hac censura, si in libro Catholico legis sententiam hæreticam ibi relatam, etiamsi legas, vt scias illius argumenta. Nau. *c. 27. n. 56.*

Si audis alium memoriter recitantem librum hæreticum. Sayr. *c. 5. n. 13. Nau. ibi.*

Si tu ipse recitas. Sayr. *ibi. de Graf. decis. lib. 4. c. 18. n. 45.*

24. *Legens librum hæreticum, sed nondum prohibitum.* Si liber est hæreticus, sed nondum prohibi-

libitus, credo te excommunicatum, si intelligas lecta; secus si non intelligas: quia hoc idem est ac non legere, dummodo lectionem non auxiliat aliquis.

25. Num possis tu librum hæreticum corrigere, & correctum tenere, dum tu sis tantæ sufficientiæ, ut hoc bene valeas præstare? dicendum nunquam licere: nam nec licet etiam instructissimo, etiam ad impugnanda prava dogmata, absque Pontificio placet.

26. *Lectio libri hæretici quanta.* Quantum libro legendum pro hac censura? Quidam auctores sufficere lectionem unius aut alterius lineæ. Tol. *inst. c. 20. n. 16.* Azor. *1. p. 6. 16. q. 3.* parum discordat: alij aiunt sufficere etiam lineam, dummodo contineat integram & perfectam hæresim. Quo ad libros Catholicorum verò habentes annotationes, seu scholia hæretici, standum Indici Romano librorum: si tamen scholia sint adeo copiosa, ut potius censeantur libera. Suar. *l. d. num. 11.* legentes includit hoc canon,

27. *Tenens librum hæreticum.* Excommunicatur tenens librum hæreticum, creditum, vel scitum hæreticum, ni det Inquisitori, quamprimum commodè potest. Sayr. *ibi. num. 16.*

28. *Tenens apud se, vel apud alium.* Sayr. *ibi.* etiam sigillo obsignatum, etiam in arca clausum, etiam humi sepultum, etiam in pariete, vel alibi absconditum, etiam si humus, paries, vel locus sit alienus, quia omnibus his modis teneri dicitur,

29. *Librum hæreticum quis comburet? Antequam possit ipse comburere? Azor l.p.l.8.cap.16. q.11.* affert duas sententias, vnã negantem, alteram affirmantem: ipse tenet primam.

30. *Habes precario librum hæreticum, cui trades, Domino ne, an Inquisitori? Inquisitori.*

31. *Imprimens librum hæreticum.* Excommunicatur imprimens librum hæreticum, vt hæreticum. Afficitur censura Dominus libri, qui facit expensas impressionis, qui componit characteres, qui premit torcular, qui corrigit, qui chartam madefacit, & omnes propinquè ad impressionem agentes. Sayr. c.d.n.17.

32. *Defendens librum hæreticum.* Excommunicatur defendens librum hæreticum, ex quauis causa, publicè vel occultè, quouis ingenio vel colore & modo, quo est dictum supra de defensore hæretici.

33. *Schismatici.* Excommunicantur Schismatici, id est, qui nolunt subesse Papæ, vt capitulum Ecclesiæ. *Omnes.*

34. *Permittens se eligi in Papam non canonicè, & qui ei adhæret, est sub hoc maledictio.* *Omnes.*

35. *Inobediens pertinaciter Papæ.* Excommunicatur, qui pertinaciter se subtrahit, aut recedit ab obedientia Papæ, nolens pertinaciter eius mandatis obedire.

Tol.c.d.n.vlt. Sayr.c.5.n.25.

& vt infra.

✻ ✻
✻ ✻

S E C V N D O.

Excommunicatur appellans à summo Pontifice ad futurum Concilium, eiusq; fautores.

36. Appellans ad Concilium. Secunda excommunicatio Bullæ est contra appellantes à Papa ad futurum Concilium. Omnes.

Appellantes ad præsens, vel ad prouinciale, vel ad particulare Concilium. Candelab. casu 2. num. 9. includit maledicto.

37. Ad prouinciale vel ad particulare. Si appellans sit Vniuersitas; Collegium vel Capitulum interdicitur. Omnes.

Censura hæc inuoluit accessoriè dantem auxilium, vel fauorem ad hoc. Omnes.

38. Dans fauorem ante appellationem. Dantem auxilium Nau. c. 27. num. 58. includit.

Das auxilium, vel fauorem non incidit nisi appellatione sequuta. Nau, Suar. Sayr. ibi.

39. Dans auxilium post appellationem. Das auxilium, vel fauorem post appellationem nõ excommunicaris. etiam si appellatum sit fiducia talem auxilij; excommunicaris verò, si talem fiduciam præstitisti promissione, aut quibusuis verbis ad hoc compositis. Suarez ibi num. 16. ante appellationem.

T E R T I O.

Excommunicantur pirata, atque eorum receptatores & fautores.

40. Pirata, latrunculus marinus quis. Tertia excommunicatio est contra piratam, & latrunculum maritimum excurrentem mare, præcipue monte Argentario ad Terracinam vsque.

Z

Pira-

Pirata latrunculus maritimus, & cursarius idem. Talis autem est, qui principaliter versatur in agenda præda maritima aut in interficiendis hominibus. *Nauar. cap. 27. n. 59. Suar. de censuris. disp. 21. sect. 2. num. 24.*

Latrunculus maritimus est, qui exiguo nauigio prædam agit, de *Graf. ibi. num. 64.*

41. *Actus unicus sufficit.* Vnicus actus piratæ, & latrunculum constituit. *Suar. ibi*

42. *Discursio quæ.* Discursio hæc debet fieri in mari Papæ, id est, in mari Adriatico in locis temporaliter Pontifici subiectis, & in mari Mediterraneo in Terracino ad montem Argentarium.

43. *Discursus sine prædatione sufficit.* Discursio sufficit, etiam si inefficax, id est, sine rapina. *Suar. l. d. num. 19. fine. Bulla Pauli V. anni 1616. habet discurrentes.*

44. *E terra in infestas.* E terra bombardis, vel alio instrumento nauigantes offendis, vt rapias, vel occidas, excommunicaris.

45. *Prædaris in littore.* E terra diripis nauem positam in statione in littore, credo te censuræ reum: quia verè in mari delinquis.

46. *Deprædaris in littore.* Dum piraticam exerces descendis in terram, vt aquandi causa, vel alia, & ibi furaris, vel occidis, excommunicaris. *Sayr. ibi. num. 6. Suarez verò ibi num. 19. negat. Dicerem te teneri censura, quia mare discurresti ad prædam.*

47. *Fautores, receptatores.* Includit hic canon fautores, receptatores, & defensores piratæ, & dictorum latrunculorum. Qui verò sint tales, vide sup. num. 40.

Consilium dantes includuntur. *Nauar. ibi. & ol. ibi. num. ult.*
48. *Remiges.* Remigantes verò, & gubernantes nauem piraticam an huius censuræ rei? De remigantibus, & gubernantibus voluntariè o-nes rectè affirmant. De præstantibus verò hoc rectè *Suar. disp. 21. sect. 2. num. 60. Tol. ibi cap. num. 8.* volunt peccare mortaliter, *Suarez num. 62.* addit censura ligari, saltem si detur casus in quo grane damnum remigando imminet rei pub. Christianæ, videlicet, si omnes cessando à remigando possent auertere tale damnum. Ratio, quia bulla includat dantes auxilium, consilium, vel suorem, quale dant dicti remiges: hunc tamen casum vix possibilem aduertit *Suarez ibi.* cum vno non remigante non possint alij, & nõ defint Turcæ si defint Christiani.

Q V A R T O.

Excommunicantur naufragorum Christianorum cuiuscunque generis bona etiam in littoribus inuenta surripientes.

49. *Bona naufragantium.* Quarta excommunicatio est contra surripientes bona naufragantium Christianorum.

50. *Bona Christianorum & infidelium.* Bona, est cuiuscunque generis. Bona debent esse Christianorum, etiam si è nauis infidelium per naufragium iacta. *Say. cap. 8. num. 7.* si verò sint infidelium, etiam è nauis Christiani deiecta, non inducunt excommunicationem. *Idem ibi.*

51. *Dubitas.* Sicut non inducunt si sint apostatae à fide, dicimus de Turchi rinegati Idem ibi.

Ignorans sint ne fidelis vel infidelis, & surripis? si sit fidelis, excommunicaris; si infidelis, non, sed mortalis es reus, quia periculo mortali te exposuisti.

52. *Naufragij.* Debent esse è naufragio vel secuto per nauis submersionem, vel imminente ea iacta ad exonerandam nauim, & effugiendum naufragium.

Naufragium intellige in mari. *bull.*

Si nauis in portu vetustate dissoluta submergatur? non credo, quia bulla habet, surripuerint ex naufragio, non ex submersione, vt olim habebat bulla Greg. XIII.

53. *Maria orbis.* Mari. Intellige maria totius orbis. *Omnes.*

54. *Surreptio qua.* Surripuerint animo retinendi, statim ab acceptione excommunicatio. Suarez *ibi. num. 29.* quæ non aufertur sola restitutione, sed addenda absolutio.

55. *Surripuerint inde.* Surripuerint siue in ipso mari, siue in litore. *bull.*

56. *Excusatus ab hac censura surripuens.* *Compensatio, ignorantia, credulitas.* Excusatur ab hac censura surripuens.

Primò: Via compensationis iustæ.

Secundò: Inculpatè censuram ignorans.

Tertiò: Credens licitè ea posse accipi, vt potest euenire cum idiota, vel sciens quidem alterius esse, sed ignorans an sint ex naufragio.

57. *Derelecta.* Quartò: Credens bona illa derelecta.

Dere-

Derelicta qua. Derelicta quæ sint talia, difficilius dicitur. Coniecturæ tamen quatuor possunt assignari.

Prima: Si res proiecta, vel periens est talis conditionis, ut statim in aqua sit peritura, ut factum, metallum, & similia.

Secunda ex modo projiciendi; qui enim litum apertum projicit in mare, videtur eum relinquere.

Tertia, si re proiecta Dominus tacet, nec per se nec per alium quærit.

Quarta, si projiciatur extra casum gravis necessitatis, tunc enim videtur spontè derelinqui. *ibi. num. 9.*

Potest addi quinta. Si Dominus nullo modo recuperaturus, & aliquis vitæ discrimini se committit, ut ea recipiat. *Less. de iust. lib. 2. cap. 5. lib. 18. admittit tertiam, & quintam facere derelictam.* Sed certè prima, secunda, & quarta sunt minoris probabilitatis. Certum est, si res recuperata Dominus superueniat, & rem suam reperat, non ei denegandam, expensæ ratione recuperationis soluendæ. *Sil. naufragium, & omnes.*

18. *Dubium an derelicta.* Si dubium, an sint derelicta? habenda pro non derelictis. *Azor. p. 3. lib. 4. cap. 28. quest. 3.*

19. *Accepta animo recto.* Accepisti ex naufragio animo restituendi, quomodo ages? Adhibe diligentiam necessariam, iuxta regulas communes restitutionis, & durante bono animo es à censura immunis; superueniente verò malo animo, statim illius es reus. *Say. ibi.*

60. *An restituenda iuxta legem principis. Si vero dum restitutionem cogitabas fuisti in mora. Te teneri maledicto.*

Pontificis, seu alterius Principis, vel Camera-rij, Thesaurarij, vel alterius Papæ officialis lege cauetur, ut statim talia bona dentur Armiraglio, vel alij determinatæ personæ, num tenearis ita agere? Quis dubitat, cum lex sit rationalis, & ad evertendas fraudes solitas in similibus?

Si tamen iuxta regulas generales restitutionis restituas, rectè restitues.

61. *Non præscribuntur.* Bona ista nullo tempore, nullo vè priuilegio, vel nulla consuetudine præscribuntur. *Bulla.*

Q V I N T O.

Excommunicantur noua pedagia, & gabella imponentes, vel augentes.

62. *Imponens nouas gabellas.* Quinta excommunicatio est contra imponentes pedagia, vel eas augentes.

63. *Pedagium quid.* Pedagium & gabella pro hac censura idem important, vulgariter dicuntur Datio, Doüiana, Gabella, communiter imponuntur pro inuectione mercium, pro emptione, vel venditione rerum, pro transitu, vel ducatu earundem. *Tolet. lib. 1. c. 22. num. 7.*

64. *Veterem renouas.* Si imponis veterem gabellam paulò ante sublatam, credo te censuræ reum, quia verè imponis, quod à bulla verisimile est.

65. Ex-

65. *Excedis in impositione.* Imponis gabellam istam quidem, sed excedis, ligaris maledicto, quia iniustam exigis.

66. *Si excessus modicus.* Si excessus est modicus, videlicet oboli; credo te excommunicari, quia summa non respicit obolum, sed multos exigendos, & summa euadit notabilis.

67. *Imponis, sed facti pœnites.* Imponis obolum, sed ante exactiōnem pœnitentia ductus euocas? afficeris censura, quia imposita, & de notabili, vt est dictum.

68. *Si prodigè.* Imponis gabellam exhaustorio etiam prodigè, non ligaris censura, quia istam (vt supponitur) imponis. *Les. lib. 2. c. 33. lib. 6. num. 48.* ligaris, si imponas ad luxum vel prodigalitatē. *Les. c. 33. n. 1.*

69. *Talia collecta.* Imponis taliam, præstantiam, collectam vel tributum, non teneris excommunicatione. *Caiet. excom. 71. Suarez l. d. d. 21. sect. 2. n. 41. Say. cap. 9. num. 10.*

70. *Imponit quis gabellam.* Imponunt: Iustus gabellam imponit omnis, qui in temporalibus superiorem non recognoscit, & à quo non appellatur, vt Imperator, Rex, Respublica libera, Concilium generale, & ille cui competit ex consuetudine antiqua, de qua non extat memoria in contrarium. *Nau. c. 27. nu. 61. Suar. ib. nu. 16. Tol. l. 1. c. 22. num. 10. Say. c. d. num. 14 15. 16. 17.*

71. *Gabella quando iustè imponitur.* In casibus sibi à iure permissis. Tales sunt, qui sunt cum causa rationabili, vel respiciunt publicam utilitatem, vel sunt de rebus delatis causa mer-

cimonij, vel negotij: Ideo iniuste imponitur gabella rebus ad vitam, rebus ad agrum colendum, ad proprium usum, ad propriam defensionem necessarijs. Sayr. *ibi num. 6.*

72. *Gabella natura iniusta, quando euadit iusta.* At & de his iusta. Primò si publica necessitas ita cogat, & vectigalia aliunde collecta non sufficiant. Reduc huc, si imposita sit pro sustentatione Principis, & decentiæ eius. Tol. *lib. 5. c. 72. num. 4.* Less. *ibi. dub. 6. à capite.* Secundò, si quidem sine necessitate, sed tamen sint imposita pro causa publica, ex consensu totius populi. Tertiò, si pro securitate publicarum rerum deuectarum, quando alia ratione earum securitati consuli nequit. Sed hæc benè reducitur ad primam causam. Quartò, si ita sit consuetudo immemorabilis, id est, supra centum annos, dummodo causa duret; pro qua imposita: Imò etiam si non duret, quia tunc præsumendum causam legitimam in locum prioris successisse. Less. *ibi. dub. 7.*

73. *Gabella moderata.* Secundus casus iustæ gabellæ, seu gabella secundo modo iusta est, si modus seruetur. Non debet excedere quartam partem valoris mercis. Tol. *lib. 5. cap. 73. num. 8.* quod est quatuor pro centenario singulo.

74. *Si cum auctoritate.* Tertiò, gabella iusta est, si indicta ab habente auctoritatem, ut est dictum.

75. *Si continuat cum causa.* Quartò si non continuatur diutius quam causa ex postulat. Less. *l. d. cap. 33. dub. 6. Omnes. excipe, ut est dictum. num. 81.*

Et pro-

Et prohibita imponi exigunt.

Ligantur canone exigentes, ministri, famuli, conductor, & herus qui mandat ea exigi; etiam qui tanquam debira postulat. Suar. & Nau. *ibi.* de Grat. lib. 4. cap. 18. num. 83.

76. *Licentiam imponendi gabellas, quis det.* Ex speciali Sedis Apostolicæ licentia.

Princeps supremus, seu liber, sine ea licitè gabellas imponit, ut est dictum.

S E X T O.

Excommunicantur falsarij litterarum Apostolicarum, aut supplicationum, à quocunque auctoritatem habente signatarum, & falso fabricantes literas Apostolicas.

77. *Falsarij.* Sexta excommunicatio est contra falsarios litterarum Apostolicarum, siue litterarum sicut viui siue mortui.

78. *Falsificatio fit per se.* Falsificatio, ad inducendam hanc censuram, debet fieri per se. Suar. lib. 21. sect. 2. nu. 48. Falsificans verò per alium reus est censuræ, c. *ad falsariorum, de crim. fals.* sicut sunt fautor, & defensor, nemini reseruata.

79. *Falsarius quis.* Falsarius est, qui litteras mutat, ita ut non valentes faciat valere; vel valentes faciat magis valere, omnes. Siue hoc agat modis recensitis à cap. *licet, de crim. fals.* siue quibusuis alijs, vide *ibi Ostiens.* Ita ut falsificatio fiat siue in scriptura, siue in plumbo, vel in sigillo. *Omnes.*

80. *Falsificatio modica.* Falsificas litteram, vel punctum, quidam volunt te censura ligari. Caiet. *excom. 26. sine,* & citati à Say. ut infra.

81. *Falsarius litterarum Apostolicarum.* Litterarum Apostolicarum, id est, quæ expediuntur sub plumbo. *Omnes.*

Breuis, id est, quæ expediuntur sub annulo piscatoris. *Omnes.*

82. *Supplicationes.* Supplicationum gratiam, vel iustitiam concernentium signatarum per Romanum Pontificem, vel Vicecancellarium eius, seu per gerentes vices eorum, aut de mandato Papæ.

Falso signantes, &c. literas ut supra tam Papæ, quam Vicecancellarij, aut gerentium vices eorum. *Omnes.*

Alia pertinentia ad falsarios habentur c. *ad falsariorum de crim. falsi.*

S E P T I M O.

Excommunicatur deferens arma, & alia vsui bellico idonea ad Turcas, vel alios Christiani nominis inimicos, & ad Reipublica Christiana statum pertinentia ipsdem in damnum Christianorum nuncians.

Sarracenos, Turcas, & Christiani nominis hostes.

83. *Hostes Christiani qui.* Hostes sunt.

84. *Schismatici.* Schismatici, si arma ferunt contra Papam.

Pagani. Pagan. Say. lib. 3. cap. 11. num. 14.

Iudæi. Iudæi. Say. num. 15.

Hæretici. Hæretici declarati nominatim per sectas, & etiam non declarati per sectas, sed solùm nominatim, Tol. c. 24 nu. 4. idem habet nu. 8.

Atheistæ. Atheistæ, id est, qui fidem Cathol. deserentes nulli sectæ adhærent. Say. *ibi.* nu. 16.

85. De

85. *Dono, pretio, permutatione.* Deferunt siue dono, siue pretio. *Omnes.* etiam permutatione, modo cum utilitate infidelis: secus si cum eius damno, ut dando infideli equum debilem pro generoso. Sayr. *ibi.* num. 27.

Nomine alieno. Etiam nomine alieno, ut nauis, etiam si nauis illi nautum aliter non lucrarentur. Sayr. *ibi.* Sil. *excom.* 7. *quæst.* 21. num. 9.

86. *Etiam arma pro defensione.* Etiam arma delata pro defensione, si permutentur cum deterioribus, secus si meliora recipiantur. Sayr. *ibi.*

Etiam à transfuga. Etiam delata à transfuga ad exercitum Saracenorum. Say. *ibi.*

Si non pretendatur titulus religionis. Etiam in bello, alio titulo quàm religionis suscepto, ad dilatandum imperium, ad iura etiam iusta recuperanda. credo, quia sufficit infidelis adiuuetur contra Catholicum.

Etiam tempore pacis treugæ. Etiam tempore pacis. Sil. *excom.* 7. *q.* 21. *nu.* 7. contra *ibi* citatos. Multò magis si tempore treugæ. *Idem ibi.*

Etiam è loco infideli. Etiam delata è loco infideli ad infideles, sed contra Christianos. Tol. *c.* 24. num. 16.

87. *Tradens arcem infideli.* Tradens infideli speculam, arcem, vel traditionem consulens, promouens, vel iuuans. Say. *ibi.* num. 17. ex Nau.

88. *Ferens & transmittens.* Transmittit. & ferens, & transmittens censura ligatur.

89. *Extrahi permittens.* Extrahi qui permittit è suis portibus dicta, & dicenda. Sil. *excom.* 7. *q.* 21. ante notanda affirmat excommunicari.

90. *Vestes & earum materia.* Defers vestes,

& earum materiam, si tempore belli, reus es cēsuræ. Suarez *ibi. num. 56.* idem intelligesi deferas pannos ad cooperiendas naues, vel ad vela.

Sudariola. Immunis es à censura si delata sint bello inutilia, vt sudariola. Idem de pannis fericis propter eandem rationem.

Equos. Equos, etiam morbosos, etiam ad bellum non aptos. Nau. c. 27. nu. 36. Say. *ibi.* etiam prius ab infidelibus emptos.

Camelos, Asinos, Mulos. Includit Camelos, Asinos, Mulos, & alia bruta, quibus bellantes vti solent. de Graf. *ibi. num. 101.* Say. *ibi. num. 27.* Adde, vel possint vti, quia si das boues, vel bubalos, ad impedimenta, vel tormenta bellica vehenda canone perstringeris.

Arma offensiuæ & defensiuæ. Arma, tam offensiuæ, quam defensiuæ, cuiuscunque nominis. Nau. *ibi.* licet bulla habeat, impugnant connotans sola offensiuæ, tamen quia vix dantur arma offensiuæ, quin etiam non sint defensiuæ, recte tenet cum Nau.

91. *Armorum nomine quid.* Armorum nomine intellige, quæ ex communi vsu omnium, vel aliquarum nationum ad conflictum assumi solent. Nau. *ibi.* Say. *ibi. num. 28.*

Gladioli. Non quæ casu, vel necessitate aliquando assumuntur ad prælium vt gladioli ad incidendum panem, vel ad calamos aptandos. Say. *ibi.*

Baculi, Lapidés, Fustes. Item baculi, fustes, lapides. *ijdem ibi.* Sil. vt *infra.* includuntur lapides apti ad bellum pro bombardis. Sil. *excom. 7. q. 21. not. 1.* Say. *ibi.* Non lapides ad ædificia. Sil. *ibi.*

Ligo

Ligones, Rastra, Secures, Martelli. Ligones, rastra, secures, martelli, & huiusmodi ad faciendas fossas, muros, Say. *ibi. nu. 28. Sil. excom. 7. q. 21. in fin. ante l. not.* admittit omnia, quæ directè & immediatè faciunt ad bellum.

Currus. Currus, Suar. *disp. 21. sect. 2. num. 53.* vel ad pugnam, vel ad vehiculum includit.

Lectica, Navicula. Lectica vel navicula ad piscandum, vel recreationem.

Milites nudî. Milites nudos mittens. Hi veniunt sub nomine dantis auxilium.

Pulvis tormentarius. Pulverè tormentarium, sal nitrum, sulphur, è quibus pulvis conficitur, deferens, afficitur censura, quia ista habent specialem rationem armorum. Eodem modo afficitur docens ista, vel alia bellica efficacius operari, vel melius conservari; quia dat consilium & auxilium.

92. *Ferrum, vena ferri.* Ferrum, tam factum quam infectum. Omnes. *Sil. excom. 7. q. 21. nu. 2.*

Claviculi, Cuitelli. Claviculi, cuitelli, sibia, & similia parva non includuntur, nisi tantam multitudinem quis ferat, vt prudenter dubitari possit, ne eis, in vera arma conflatis, vterentur. *Sil. ibi. q. d. n. 2. Say. ibi.*

93. *Metallorum.* Omnia genera metallorum vel simplicium, vt plumbum; vel compositorum, vt orichalcum vel in rudi massa, vel in forma proximè apta ad bellum. Omnes.

Argentum, Aurû. Aurum, & argentû. Omnes.

Secretum alchimicum. Secretum pro conficiendo auro vel argento, aut alio genere metalli.

Tormenta bellica. A fortiori tormenta bellica magna & parua, ex quouis metallo,

94. *Tibia, litui, cornua.* Bellica instrumenta, vt tibiae, litui, cornua & huiusmodi. Nau. *ibi.* Omnes.

Ornamenta qua includuntur. An eorum ornamenta serica ex illis pendentia, vel ornamentum militum, vt penae pro galeris includantur, non credo: quia istis non impugnatur, & bulla habet, impugnant.

Omnia quae dictis instrumentis sunt vsui, & ad operanda tormenta, vt conspiciantur ad collimandum.

95. *Machina.* Machinae bellicae omnis generis, etiam tunc de nouo inuentae, item docere modum earum construendarum; quia hoc est auxilium dare.

96. *Lignamina.* Lignamina siue pretio, siue dono, omnis generis apta ad construenda triremes aut naues, aut instrumenta bellica, aut apta ad conficiendos aggeres. Nau. *ibi. nu. 31. Omnes.*

Triremes, & etiam naues. Nau. & Say. *ibi.*

97. *Canapem, funes.* Canapem, funes etiam ex quacunq; materia, vel ipsam materiam. Omnes.

Secretum ad funes. An secretum docens infideles pro conficienda materia noua, sed apta ad vsu canapis, vt de iuncis, ginestra, malua, reuera alia incidat? Affirma, quia dat auxilium.

98. *Impugnant actu vel potentia.* Impugnant, licet non actu, sufficit possint impugnare. Sil. *excom. 7. quast. 21. num. 7. in fin.* Tol. Suar. *ibi. nu. 56. in fin.*

99. *Excusatus à censura.* Excusaris ab hac censura. Si in-

Si inculpabiliter eam ignoras.

Si prohibita quidem defers, sed in utilitatem Christianorum, ut debilia pro validis reportes.

Si defers prava, ut cultellos.

Si defers pro necessaria defensione propria, aut propinquorum, vel amicorum, vel pro rerum conseruatione, urgente magno damno. Say. *ibi*.

Si tibi, vel rebus tuis immineat graue damnum, sed reipublicæ maius, Say. probabiliter vult te excommunicatione teneri si deferas: teneris tunc enim tu potius damnum tuum subire. Say. *ibi. num. 34.*

Certiores faciens Turcas & Christianæ religionis inimicos, & hæreticos, &c.

In damnum temporale, ait Say. *ibi. num. 35.* bulla ita. Qui per se, vel per alios de rebus statum Christianæ reipublicæ concernentibus, in Christianorum perniciem & damnum, ipsos Turcas, & Christianæ religionis inimicos. Vbi videtur notandum loqui de statu temporali, quo ad Turcas, & quo ad inimicos Christianorum. Et quia bulla subdit, Nec non hæreticos in damnum Catholicæ religionis certiores faciunt, quo ad hæreticos includere statum temporale, & spirituale, quia variusque est Catholicæ religionis damnum.

Per se vel per alium. Sufficit per se vel per alios certiores faciant, dummodo certior faciens sciat quid agat. Suar. *ibi. num. 58.*

Per litteras. Sufficit per litteras censura ligatur, qui eas defert, dummodo saltem confuse sciat quid illis contineatur. Suarez *ibi.*

100. *Dans consilium, auxilium.* Auxilium vel fauorem præstans deferenti vel transmittenti prædicta prohibita. *Suar. ibi. nu. 59. Tol. ibi. n. 13.* Sed & certiozem facienti credo, quia bulla, postquam dixit de certiozem faciente, subdit, illis q; ad id consilium, auxilium, vel fauorem præstant.

Privilegia omnia contra hanc bullam cuius concessa, per eam reuocantur. *Omnes.*

101. *Privilegia contraria reuocata.* De remigibus in triremi Turcica vide *num. 15.*

OCTAVO.

Excommunicatur impediens eos, qui victualia, & alia necessaria Romam conuehant.

102. *Victualia ne ferantur ad Rom. Curiam.* Victualia cuiuscunque generis, & animalia siue viua, siue mortua pro victu seu alia necessaria.

103. *Necessaria, commoda, utilia.* Necessaria, vel absolutè vt alimenta pro hominibus, vel necessaria, id est, sine quibus vita commodè sustentari nequit, quod est idem ac commoda pro hominibus & animalibus vel necessaria, id est, vt libri.

104. *Curia Romana quid.* Ad usum Romanæ Curia, id est, familiae Papæ, & omnium tribunalium Curia Papalis. *Say. ibi. nu. 3. cap. 12.* saltem immediatorum, vt dicitur melius infra. omnium Prælatorum Curiam dictam sequentium, quia Curiam constituunt.

105. *Sufficit ad usum vnus.* Non est necesse sint in usum totius Curia; sufficit in usum aliquorum curialium, etiam vnus, quia privilegium est personale.

106. *Vbi Papa, ibi Roma.* Papa non est Roma? vbicunque habitat adest Romana Curia. *Omnes.*

Si transeat ex itinere? Idem credo pro censura, si illata sint ad vsum Curia, quia eadem ratio.

107. *Impediens iniusti.* Impedientes, id est, iniuste, cuiuscunque praeminentiae, conditionis, ordinis, aut status fuerint, siue saecularis, siue Ecclesiastici. *Omnes.*

108. *Vt corrumpantur, perdantur, submergantur.* Efficis vt merces Romam delatae ante accessum ad urbem omnino corrumpantur, vel perdantur, vel submergantur.

109. *Emis ne Romam ferantur.* Absque viemis prius res ne Romam afferantur, si hac intentione, vt impediatis, teneris excommunicatione. *Suarez ibi. num. 64.*

110. *Spolians pecunia.* Spolians pecunia tantum deferentem merces Romam. *Say. ibi. num. 4.* distinguit; si defers praedicta ciui particulari, qui non veniat nomine Curia, & pecunia spolieris, expoliantem non excommunicari, si vero defers in determinatae personae, excommunicari.

Non perstringitur hoc Canone.

111. *Publicanus.* Exactor gabellae, qui detinet merces fustam gabellam eludentes.

Paterfamilias. Paterfamilias, qui suos impedit ne deferant, ob periculum latronum, vel metricum. *de Graf. num. 110.*

Vt provideat. Qui vt suae ciuitati, vel loco provideat, impedit extrahere victualia, etiam defendenda Romam. *Caiet. excomm. 19. Omnes.*

Ob creditum. Qui suum debitorem ferentem

Ro-

Romam fructus detinet, & via iuris curat sibi adiudicari.

Vt recuperet. Qui in itinere agnitum iumentum sibi furto sublatum detinet, vt recipiat, vel vi aut armis sibi vendicat.

Assassinus. Qui assassinus, vel ob inimicitiam impedit Romam deferentem aliqua certæ personæ priuatæ ratione emptionis, vel donationis; quia non sunt ad vsum Romanæ Curia, sed priuatæ personæ. Idem dicendum si huiusmodi agat solum ob inimicitiam quam habet cum deferente talia non ad vsum Curia, iuxta dicta *nu. 35. Saluo, &c.*

Pro necessitate. Qui positus in necessitate vitæ sui, vel suorum, delata Romam, pro se, & suis detinet.

Paruitas rei. Qui in re modica contra bulam agit.

139. *Quantitas sufficiens pro excommunicatione Papali.* Si quæras quæ sit in hoc sensu res modica? *32.* Papam olim non concessisse excommunicationem pro rebus perditis, nisi ascendissent ad summam quinquaginta aureorum. At minor summa pro hac excommunicatione erit sufficiens.

140. Quanta verò sit talis, difficile dictu; quidam periti consulti restrinxerunt ad tres iulios; alij ad quindecim, certa regula caret; Apostolicæ pœnitentiariæ iudicium quærendum.

141. *Defendens impediens.* Defendunt per se, vel per alios impediens, vt est dictum, maledicto supposito.

NONO.

Excommunicantur ad Sedem Apostolicam venientes, vel ab ea recedentes, sua, aut aliorum opera ledentes, & sine iurisdictione vexantes in Curia commorantes.

Sedem Apostolicam ubicumq; fuerit, etiam si extra Romam. Omnes.

142. *Tribunalia Papæ.* Etiam ad omnia tribunalia Papæ, adde immediata, seu Curia Romanæ. Suarez *disp. 21 sect. 2. n. 65.* Candel. *casu 9.*

143. *Pro negotijs.* Venientes, & recedentes, id est, pro negotijs, causis, vel pro rebus ad dictam sedem spectantibus, vel quoquo modo gratia illius. Suar. *ibi.*

Si accinctus itineri non sufficit. Non sufficit si accinctus itineri, quia hic moraliter non dicitur ire, ergo necesse actu proficiscatur. Pœnalia enim expressè accipienda.

Venis ad dictam sedem gratia alterius, vel ex condicto? non gaudes hoc privilegio, quia ad eam propriè non venis, sed ad amicam.

Recursum ad consultam. Petit recursum ad Consultam? Si denegas iustè, quia ei non competat, non ligaris censura, siue sis sæcularis, siue Vicarius Episcopi, siue regularis, profectioem molitur absque sui superioris placito. Candel. *ibi. num. 7. & 8.*

Interficiunt, mutilant, spoliant, capiunt, detinent.

145. *Si vim repellendo.* Si vim vi repellendo, quædam ex dictis agas non teneris excommunicatione Candel. *ibi. n. 14.*

Singula tamen sufficiunt, si iniustè fiant.

146. *Per-*

146. *Percussio*. Percussio pugni, fustis, flagelli & similium non inducit censuram. Candel. *ibi*. num. 14. quia bulla explicat de mutilatione, vel occisione.

147. *Spoliant*. Spoliant, id est, tam rebus suis, quam alienis datis ad portandum, vel custodiendum. Candelab. *ibi*. num. 15.

148. Qui iurisdictionem ordinariam vel delegatam à nobis, vel nostris iudicibus non habentes temere talia agunt contra morantes in Curia.

Temere agens. Temere agis, si colore fraudulento agis. Candel. *ibi*. & auctoritatiuè, id est, ut iudex. Sayr. *ibi*. num. 4. Secus si auctoritate propria, ira, vel odio. Omnes. Tolet. c. 26. num. 4.

149. *Curiales qui* Morantes in Curia, id est Curiales, qui mediatè, vel immediatè Papæ seruiunt, siue sint cum Cardinalibus, siue cum Episcopis, qui adsunt Curia. Tol. c. 26. num. 4. ergo non inclusi ciues ubi Papa commoratur. idem *ibi*. Credo hoc maledicto ligati, prædicta agentem contra quemcunque morantem in Romana Curia ratione Curia, id est, negotiorum habitatorum cum ea, etiam si non sit curialis, quia verba Canonis ita videtur importare. Salmo, &c.

150. *Mandans, Executor*. Mandans ista fieri impingit in canonem, si mandatum contineat cooperationem. Suar. *ibi*. nu. 66. cum qui facit similia auctoritatiuè iuxta mentem bullæ communiter faciat ea mandando, & licet exequutor ut talis, non faciat auctoritatiuè, sed ut merus exequutor, tamen includitur canone. Suar. *ibi*.

D E C I M O.

Excommunicantur ladentes Romipetas, seu peregrinos & in Vrbe morantes, vel inde abeuntes.

151. *Iniurius peregrino Romano.* Afficitur censura qui interficit, mutilat, vulnerat, caput, detinet, deprædatur Romipetas. *Omnes.* Suar. *disp.* 21 *sect.* 2. n. 67. Intellige singula dicta, si fiant iniuste, secus si iuste, vt pro defensione, pro ratione officij. *Omnes.*

Adde si singula sufficiant pro constituendo mortali, alias secus. Candel. *casu* 10. *nu.* 3.

152. *Romipeta quis.* Romipeta, siue equester, siue pedester. Talis est ciuis Romanus, etiam qui degens ruri, Romam causa deuotionis petit. *Omnes.*

Multò magis, qui aliunde Romam ob deuotionem proficiscitur: Sicut priuilegio gaudet, qui Romam vadit ex voto. Candel. *ibi.* *num.* 9.

153. *Accinctus peregrinatus.* Non gaudet hoc priuilegio, qui actu non peregrinatur, etiam si itineri se accinxerit; sicut nec qui è peregrinatione redijt, quia vere neuter est peregrinus. Sicut qui peregrinatur, sed nõ Romam. *Omnes.*

Vagus. Sic qui Romam quidem vadens nõ, illucve vagatur. ita Candelab. *ibi.* *num.* 11.

Sic qui vadit Romam, & ibi moratur, etiam pro causis spiritualibus, vt dispensationibus, vel similibus. Candelab. *num.* 9.

154. *Percussio.* Romipeta alium percutit? Candelab. *num.* 13. negat censuræ reum, si rixa, & ira-

& ira-

& iracundia percutiat; non affert rationem. Potest videri esse, quia Bulla loquatur de occisione, vulneratione, & mutilatione, non de percussione. Si verò ex percussione eueniat vulnus, reum censuræ facit. Candel. *ibi*. Potest tamen talis percussor excommunicari, intellige si percussio sit grauis. *c. Paternarum. 24. q. 3.*

155. *Peregrinus quamdiu duret.* Quanta debeat esse mora Romipetæ, vt desinat esse peregrinus, vt non gaudeat hoc priuilegio? credo quamdiu habet animum recedendi. ex Silu. domicilium ex Innocen. expletis suis deuotionibus pro quibus venit, & moratur, nam pro eisdem rectè peregrinus dicitur.

156. *Morantes.* Morantes, id est, pro suis deuotionibus, non negotijs. *Omnes.*

Roma causa deuotionis. Degis Romæ causa deuotionis, si offenderis aliquo ex dictis modis, censura non inducitur. Say. *c. 24. num. 6.* Caiet. Intellige si degis non recessurus. *Sil. domicilium. Candel. num. 10.*

Dantes consilium, auxilium, vel fauorem, maledicto tenentur, sequuto effectu. de Graf. *ibid. num. 114.*

V N D E C I M O.

Excommunicantur offendentes in persona S. R. E. Cardinales, & Pralatos.

157. *Offendentes.* Tutati hoc canone.

Cardinales vel Pralatos. Cardinales S. R. E. Patriarchæ.

Archiepiscopi, Episcopi, Legati sedis Apostolicæ, vel Nunciij Bulla.

Car-

Cardinales. Pro excommunicatione contrahenda sufficit Cardinalis sit nominatus, etiamsi nondum consequutus sit galerum. Say. c. 15. n. 3.

Episcopus. Sufficit si Episcopus sit consecratus, etiamsi possessionem nondum fuerit adeptus: sufficit, etiamsi renunciauerit Episcopatu. Non sufficit si solum sit electus. Say. ib. n. 4.

158. *Familia eorum an gaudeat priuilegio.* An illorum familiares hoc priuilegio gaudeant? Quidam affirmant, citantur à Say. ipse distinguit, gaudere, si fuerint clerici vel religiosi, & ostendantur intuitu Cardinalium, vel dominorū suorum. Say. ibi. num. 3. Armil. excom. 2. num. 3.

Non credo, quia hic canon dat priuilegium personale in eo nominatis, & quare trahendum ad innominatos? & quare potius respiciet clericos, & religiosos quàm sæculares? Nunquid non fit iniuria Episcopo, si famulus sæcularis contuitu eius lædatur? Verum est tamen excommunicari per c. Felicis in 6. de pœnis. offendentem familiares Papæ, vel Cardinalium, si fuerint clerici, vel religiosi, & est Papalis. at ibi non loquitur de familiaribus Archiepiscoporum vel aliorum supra nominatorum.

159. *Interficiunt, mutilant iniustè.* Interficiunt, mutilant, &c. adde iniustè, secus si in necessariam defensionem; Vel si de nocte ignota persona. Candel. casu 11. num. 4. Say. ibi num. 5.

160. *Capiunt.* Capiunt, id est, cum effectu. Say. ibi. num. 6. non afficit censura, si in domo, vel castro obsidetur, non vt detineatur sed ad uerecundiam. idem si sis iniurius factus, dicimus vulgariter, *far insulto*, dum est domi eadem de causa.

causa.

causa. Idem *ibi*. quia ista non sunt ex actionibus sub censura prohibitis, verius tamen credo affici censura, quia ista sunt iniuriosa, quod videtur sufficere, vt dicitur *num. 167.*

161. *Detinent.* Detinent, id est, malitiosè.

Istos falsum docet. Malitiosè aliquem à recto itinere in obliqua dirigit, non credo te ligari censura, quia non detines.

162. *Eijcientes è locis suis.* Eijcientes è suis terris, id est, locis eiectionum, videlicet diœcesi, loco legationis, loco natiuitatis, & etiam domicilij *Nauar. cap. 27. num. 67. Suar. ibi. num. 70. de Graf. cap. 10. num. 115. Say. ibi. num. 8.* quia omnia ista loca secundùm Suarez dicuntur loca eiectionum.

163. *Eijcis è concilio.* Eijcis è Concilio, quod non sit diœcesis eiectionis, non ligaris censura. *Nau. Suarez, Say. ibi.*

Distingue ligari, si *ibi* ratione officij legationis degunt. *Suar. ibi. num. 70. de Graf. 10. n. 115.* aliàs non.

164. *Comminaris eiectionem.* Comminaris eiectionem, non teneris censura. *Omnes.*

165. *Eijcis in exilium.* Eijcis in exilium, reus es censuræ. *de Graf. ibi. num. 116.* sufficit si è regno exire iubeas. *Nauar. ibi.* Contrahunt censuram lictores, & alij officiales, & quiuis alius istam iussionem exequens. *de Graf. ib. num. 115. Nauar. ibi.*

166. *Eijcis dum non est in transitu.* Eijcis è terra tua, dum inde transit ad suum munus exequendum, credo re maledicto teneri, quia ratione sui officij inde tràsit, & tu eium prohibes officio suo fungi, quæ videtur mens canonis. 167.

167. *Hostiliter insequi.* Hostiliter insequen-
tes prædictos Prælatos animo grauius offen-
dendi, etiam si absque animo tam hostili, modo
publicè & manifestè insequaris, censura affice-
ris, est enim insecutio hæc iniuriosa. Say. *ib. n. 7.*
168. *Ratum habens quando.* Ratum habens, id
est, quando eius nomine est factum, secus si alie-
no nomine factum ratum habeatur. Suarez *ibi.*
num. 71. de Graf. ibi. num. 117. Say. *ibi n. 11. vt*
notati ibi. Potest tamen etiam incurri censura
ratihabitione, in facto alieno nomine perpe-
trato; videlicet, cum factum habet declaratio-
nem successiuam, vt est detentio, vel incarcera-
tio, tunc si ratum habes, dum tamè possis actio-
nem impedire, censura te ligari ait Suar. *ibi. n. d.*
169. *Consilium, auxilium, fauorem præstans.*
Præstantes consilium, auxilium vel fauorem. In-
tellige efficacem, Suarez *ibi.* Nec isti prius ex-
communicationis sunt rei, quam delictum sit
commissum, de Graf. *ibi. Omnes.*

D V O D E C I M O.

*Excommunicantur ad Romanam Curiam pro
negotiis suis recurrentes per se vel
per alios ladentes.*

170. *Ladentes qui ad Curiam recurrunt.* O-
mnes talia agentes, nullo exempto, ligantur
censura. Suar. *ibi. num. 73.*

171. *Romanam curiam, id est, ad omnia, &
singula tribunalia Papæ.* Candel. *casu 12. nu. 1.*

172. *Tribunalia tam spiritualia, quam tempo-
ralia.* Alia tribunalia Romana, vt Capitolij, &

omnium Principum Romę commorantium ex-
clusa. Quoad Principum, Candel. *ibi.* quoad Ca-
pitolum, idem iudicium; quia eadem ratio, cum
audis tribunalia Papę, intellige tam quę sunt
pro spirituali, quam quę sunt pro temporali do-
minio Papę, quia omnia sunt Papę.

Papa cuidam Vniuersitati dat specialiter Gu-
bernatores seu protectores, tribunale istius
gubernatoris cuius dicitur? credo Papę, quia
eodem loco est, ac alia tribunalia Papę. Huc re-
uoco protectores religionum, & alios quosuis à
Papa deputatos.

173. *Percussio.* Percutit, multò magis si vul-
neret. Candel. *ibi. nu. 4.* non vult affici hac cen-
sura, qui alapa percutiat. non credo, quia bulla
habet, quomodocunque percutiat, saltem si ala-
pa sit mortalis, vel ratione grauitatis percutien-
tis, vel ratione personę percussę.

174. *Iniuria qua non censeatur percussio.* Non
censeatur percussio, si inficias sputo, si pallium
rumpas, Candel. *ibi.* dummodo iniuria affectus
non sit Clericus, quia tunc incideres in cap. *si
quis suadente. &c.*

175. *Transmittere sufficit.* Recurrunt, sufficit
negotium transmittere ad Curiam absque per-
sonali accessu ad illam. Say. *ibi. num. 5.*

Sufficit ista agere contra morantem Romę
dum recurrit pro causis, vt supra Tol. *lib. 1. c. 27.
num. 2.* Imo qui in hunc canonem incidit, dua-
bus excommunicationibus irretitur, videlicet
noua, & pręsenti. Idem *ibi.*

176. *Offensio sit occasione causarum.* Occasio-
ne dictarum causarum. ergo non afficitur cen-
sura, qui alia occasione offendat. Omnes. *Si*

Si *secundario* offendis. Si non principaliter, sed *secundario* offendis occasione dictarum causarum? Credo te reum censuræ, quia bulla ait, *quo modo directè, vel indirectè.*

Auxilium, consilium, fauorem præstans. Incluantur præstantes auxilium, consilium, vel fauorem, Bulla. Omnes. sed sequuto effectu.

DECIMOTERTIO.

Excommunicantur appellantes à grauamine vel futura executione litterarum Apostolicarum ad laicam potestatem, & dictam appellationem admittentes.

177. *Appellans ad grauamina littera Apostolica. Ab ista censura ieiunè se expediunt aliqui. Hæc censura tres habet partes.*

Prima includit:

178. *Curia laica qua.* Qui prætendens frivolum appellationem à grauamine, & futura executione litterarum Apostolicarum recurrit ad Curiam laicam. Curia laica est, etiam si ei prætendens sit ecclesiasticus, in suo patrimonio, dummodo tribunal sit laicum, id est, exerceatur auctoritate non spirituali, sed laica.

Qui facit admitti dictas appellationes à potestate laica, etiam instante fisco.

Qui capere facit litteras Apostolicas per laicam potestatem.

Qui litteras prædictas à laica potestate detineri facit. Nomine verò litterarum intellige, in forma brevis, citationes, inhibitiones, sequestra, monitoria, processus executoriales, quæcunque

decreta Papæ, Legatorum, Nunciorum, Præfidentium, Cameræ Apostolicæ, Auditorum, Commissariorum, Iudicum, & Legatorum Apostolicorum.

Secunda pars Canonis includit.

Magistratus ipsos impediētes executionem litterarum Apostolicarum, prohibentes earumdem executionem impediētes, seu prohibentes instrumenta vel acta confici super earum litterarum executione; impediētes seu prohibentes acta confecta tradi partis: partes attrices, agentes ipsarum, consanguineos, affines, familiares, Notarios, Executores, Subexecutores litterarum Apostolicarum, capientes, percutientes, vulnerantes, carcerantes, detinentes, eijcientes è ciuitatibus, locis, regnis, spoliantes bonis, perterrefacientes, concutientes.

Quid sit concussio, vide *Armil. concussio. comminantes* siue per se, siue per alios publicè, vel occultè.

Tertia pars Canonis includit:

Præsumentes impedire accedentes ad Curiam Romanam pro negotijs, litteris, seu gratijs impetrandis: statuentes dicta, mandantes ne quis accedat ad curiam, Romanam pro dictis causis: vel ne litteras, aut gratias impetrent, aut ne impetratis vrantur, præsumentes apud se retinere litteras impetratas.

Præsumentes eadem retinere apud notarium, aut alios quomodolibet.

Omnia ista intelliguntur de re graui, sufficiēti ad mortale constituendum,

DECI-

DECIMO QVARTO.

Excommunicantur impediētes executionem litterarum Apostolicarum, aut aliarum expeditionum, & prohibentes ad gratias impetrandas accedere.

179. *Impediētes executionem litterarum Apostolicarum.* Quæ dicta sunt de priori censura per omnia intelliguntur de præsentī. Suar. pro intelligentia huius Canonis remittit se definitioni sanctissimi, sicut Nauar. c. 27. nu. 70. prius seremiserat, pro canone decimonono.

Qui à quibusvis iudicibus Ecclesiasticis auocat causas spirituales, vel spiritualibus adnexas.

180. *An Ecclesiastici inclusi.* Quæcunq; persona cuiusvis dignitatis laicæ; siue spiritualis, vt Archiepiscopus, Episcopus, Abbas, Commendatarius, seu Vicarius, siue per se, siue per alium, qui hæc agat. Say. c. 18. n. 5. probabiliter censet includi Ecclesiasticos ista agentes, etiam auctoritate Ecclesiastica, tandem in affirmatiuam inclinat, hoc credo tenendum. Bulla enim clarè nominat Archiepiscopos & alios inferiores Prælatos.

Qui tanquam iudex se intromittit in cognitionem dictarum causarum.

Qui compellit partes actrices, qui committi fecerunt huiusmodi causas ad reuocandum, vel reuocari faciendum citationes, inhibitiones, aut alias litteras pro eisdem causis decretas.

Qui compellit dictas partes ad faciendum absoluerè a censuris, & pœnis in illis contentis, aut

ad consentiendum absolui eos, contra quos tales inhibitiones emanarunt.

Qui impedit executionem litterarum Apostolicarum executorialium processuum, & decretorum quomodolibet.

Qui dat fauorem, consilium, aut assensum, id est, ad practica perpetranda, & dat efficacem.

181. *Causa spiritualibus adnexa.* Causæ spiritualibus adnexæ. Sil. *causa q. 5.* tres numerat: de Decimis, de Matrimonio, de Iure patronatus, Azor. 1. p. l. 5. cap. 14. q. 1. aliquid simile docet.

182. *Remedium in litteris subreptitijs.* Quid remedij erit, si litteræ Pontificiæ fuerint subreptitiæ. Docet Azor. c. d. q. 3. excipiendum, vel opponendum apud iudicem legitimum Ecclesiasticum. Si verò litteræ non sint subreptitiæ, sed derogatoriæ iuris patronatus nominatim, tunc appellandum, & prosequendum, ut est dictum supra.

DECIMO QUINTO.

Excommunicantur Iudices seculares, qui Ecclesiasticas personas trahunt ad sua tribunalia, quiq; Ecclesiasticam libertatem tollunt, aut in aliquo perturbant.

183. *Agentes contra libertatem Ecclesiasticam.* Libertas Ecclesiastica in quo consistat, vide Sil. *immunitas 1. & 2. per tot.*

Porro contra libertatem Ecclesiasticam agit, qui agit contra privilegia concessa rebus, & personis Ecclesiasticis à iure diuino, & quouis humano. *Omnes.*

An hanc censuram contrahat lædens immunita-

licitatem Ecclesiasticam, Marcus Anton. Ienuen-
sis in praxi Archiep. Neap. correctâ cap. 17. negat,
quia hic solum agitur de statuente.

184. *Etiam contra priuatam libertatem.* Li-
gatur Canone.

Qui trahit ad suum tribunal Ecclesiasticas per-
sonas disiunctiue, vel collectiue, vt collegia, vel
instante parte, vel ex officio.

Qui procurat, vel facit trahi excōmunicatos.

Qui facit, qui decernit, qui publicat statu-
rum, ordinationes, pragmaticas, vel quæuis de-
creta contra libertatem Ecclesiasticam, directè
vel indirectè. Tol. *vt infra cap. 38.*

Qui decretis vtitur, afficitur Censura. *Bulla.*

185. *Statuere incipiens, sed non perficiens.* In-
cipit quis statuere, sed non perficit, etiam si sta-
tutum non reuocet, non est censuræ reus. Tol.
lib. 1. cap. 38. num. 13.

186. *Scriptor an ligetur.* Scriptor talium an
excommunicatus? Suar. *num. 79.* disputat in v-
tramque partem, eandem affirmat.

187. *Statutum per accidens contra libertatem.*
Si statutum per se non respiciat res Ecclesiasti-
cas, neque earum exemptionem minuat, licet
legislator directè intendat detrimentum ali-
quod, quod inde per accidens potest resultare in
personas Ecclesiasticas, non tenetur hoc male-
dicto. Suar. *num. 91.* dummodo statutum non
peradnexa, & quod sequitur per accidens, non
sit ita coniunctum, vt moraliter æstimari possit
esse per se. Suarez *ibi.*

Si vniuersitas aliquid cōtra libertatem Ecclē-
siasticam statuatur, num singuli excōmunicentur.

cum vniuersitas nō possit excommunicari, Suar. num. 88. affirmat. Intelligit singulos de vniuersitate statuentes.

188. *Consuetudo contra libertatem Ecclesiasticam.* Includitur qui vtitur consuetudine contra libertatem Ecclesiasticam. Say. *ibi. num. vlt.*

Præter Iuris Canonici dispositionem.

Adest alia excommunicatio pro hac eadem materia in cap. *Noueritis. de sent. excom.* vide Nauar. cap. 27. num. 110. explicantem.

DECIMO SEXTO.

Excommunicantur impediens Pralatos ne sua iurisdictione utantur, quique illorum, & delegatorum iudicia eludentes ad Curiam secularem resurrunt, aut contra illos decernunt. Præstantesq; auxilium, consilium, patrocinium, & fauorem.

189. *Pralatus qui.* Prælatus est, qui habet iurisdictionem ordinariam, non delegatam, fori contentiosi etiam ex iure speciali, vt præscriptione, vel priuilegio. c. *Decernimus. de iudic. Sil. Pralatus.*

190. *Delegatus an Ordinarius.* Sed & Say. c. 20. num. 4. censet hac censura teneri, qui in ea vetita agit contra Ordinarium, cum procedit non vt Ordinarius, sed tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus. Imò includit delegatum ab Ordinario. *Bulla clarè.*

191. *Impediens Pralatos sua iurisdictione vti.* Tenetur hac censura:

Qui quosuis Prælatos, vel Iudices Ecclesiasticos

fficos ordinarios impedit directè, vel indirectè,
de sua iurisdictione vtantur, carcerando vel mo-
lestando eorum agentes, procuratores, familia-
res, necnon consanguineos & affines.

Qui recurrunt ad Curias seculares, vel alias e-
ludunt sententias iudicium Ecclesiasticorum
ordinariorum, vel delegatorum

Qui procurat à Curijs secularibus prohibito-
nes, aut mandata etiam personalia contra sen-
tentias Ordinariorum, aut delegatorum.

Qui decernit huiusmodi prohibiciones aut
mandata.

192. *Auxilium, fauorem, patrociniū præstās,*
Exequentes eadem.

Dantes consilium, auxilium, patrociniū, &
fauorem: id: secuto effectu.

Patrociniū intellige, vt supra num. 21.

An omnia hæc debeant concurrere, cum co-
pulative declarentur, vel an sufficiat quoduis il-
lorum? Verè copulative requirit concursum
copulatorum extr. ad conditorem de sent. ex-
com. verum attenta mente Bullæ credo singu-
la sufficere.

DECIMO SEPTIMO.

*Excommunicantur usurpantes Sedis Apostolicæ
& quarumcunq; Ecclesiarum iurisdictiones,
vel etiam fructus sequestrantes.*

193. *Vsurpans iurisdictionem Ecclesiasticam, &
sequestrans fructus.* Ista usurpatio debet esse iu-
risdictionis Ecclesiastici fructus, redditus, vel
prouentus; ergo non patrimonialis, etiam si per
Ecclesiasticum possessi.

Aa 5

194. *Vsur-*

194. *Vsurpare quid.* Vsurpare, id est, quasi sua sibi appropriare. Tol. cap. 29. Caiet. vult sufficere vsurpare, vt res Ecclesiasticas. Say. verò c. 21. num. 4. sufficere si vsurpentur absque alio respectu, dummodo vsurpans sciat esse Ecclesiæ.

195. *Latro non dicitur vsurpare.* Ideo latro furto auferens, non fit censuræ reus, quia non vsurpat. Nauar. & Say.

196. *Ecclesia Cardinales, & Legati Sufficit dicta bona sint Ecclesiæ vacantis.* Nau. cap. 27. nu. 69. fine. Say. c. 21. Suar. ibi. num. 97. Tolet. verò c. 29. num. 6 negat.

293. *Dans consilium, auxilium, &c. an inclusi.* An includantur dantes ad hoc consilium, auxilium, vel fauorem. Tol. cap. 30 num. 6. affirmat, & hoc esse commune istis censuris, à decima quarta, vsque ad hanc inclusuè.

DECIMO OCTAVO.

Excommunicatur imponens decimas & alia onera personis Ecclesiasticis, Ecclesiis, Monasterijs, aut eorum fructibus.

294. *Imponens onera Ecclesiasticis.* Non solum beneficij: Omnes.

295. *Etiam patrimonialibus.* Sed etiam patrimonialibus. Say. c. 22. num. 9. Tol c. 30. nu. 4. Nauar. verò c. 27. num. 115. & Suar. num. 99. congrarium docent.

296. *Exigentes etiam à spontè dantibus.* Etiam exigentes. Omnes. Dummodo de re sufficienti pro mortali. Omnes. Exigentes etiam à spontè dantibus, dū tamen impositio includat etiam cleri-

clericos; videlicet soluant tot tam laici, quàm clerici, quia si clerici exclusi, recipies à sponte dante, non afficitur censura. Say. c. d. num. 10. Omnes. Sed & pœna, quæ olim erat pro sponte dante sublata est per cap. *Quod olim extr.*

297. *Gabella de minutis propriis an licita.* An gabella de minutis proprijs, seu pedagogijs licita; Nau. cap. 27. num. 69. not. 7. videtur excusare à censura; non video rationem, quia bulla clarè obstat, certè quantumuis minima constituit summam notabilem, & per consequens sufficiens ad mortale. vide num. 77.

197. *Consul non resistens, imposit. gabella.* Consul, Gubernator, Consiliarius dum onera decernuntur, si pro viribus contradicit, immunis est à censura, etiam si non cedat officio. Navar. c. 27. num. 115. Suarez num. 101.

198. *Dans consilium, auxilium, fauorem.* Includitur censura qui directè, vel indirectè per se, vel per alios ista prohibita exequi procurat, aut dat consilium, auxilium, vel fauorem. *Bulla.*

199. *Innouati Canones qui.* Innouantur hac censura secundum Tolet. cap. 30. num. 5. omnia decreta, & Concilia generalia, & canones super hanc materiam lati. Inveniuntur autem de hac re hi canones; cap. *Non minus.* & c. *aduersus de immunit. eccles. cap. Quoniam in 6. eodem titul. &c.* Quod olim extr. fortè Bulla quæ erat tempore Tolet. ita intelligenda erat. At Bulla ista ait. Innouantes decreta super his per sacros Canones, tam in Lateranensi nouissimo celebrato, quàm alijs Concilijs generalib. edita. sed cū c. *Quoniam, &c.* clericis sint. Bonifacij, &c.

quod olim sit Benedicti, renouans tamen Concil. Lateranen. restat. *cap. Aduersus. & cap. Non minus esse Concilij*, & hos Bulla innouari. Decernunt autem dicta capita, vt est dictum supra.

200. *Successor eius qui onus imposuit ad quod tenetur.* Porro per *cap. Aduersus.* successor in regimine ei, qui onus imposuit, si hic non satisfaciat, ille tenetur satisfacere: quod si intra mensem, si per eum non stetit, non satisfecerit, incidit in excommunicationem, non tamen hanc Bullæ, sed Canonis nemini reseruatum. *Suar. ibi. num. 100.* Satisfaciat verò excommunicationibus bonis, seu curabit, vt qui bona accepit, restituat. Quod si per eum non stetit, non incidit. *Suar. ibi. Tol. lib. 1. cap. 38. nu. 5.* satisfactionem vult ita intelligendā, vt satisfactio fiat per eum in cuius commodum conuersa est collecta, vel contributio, deinde de delicto puniatur arbitrio iudicis: si tamen satisfactionem non potest obtinere, retinente vniuersitate, sicut non tenebatur officium non acceptare, sic non tenetur ipsū dimittere; tutius esset si dimitteret, tamen si non dimiserit, nō est excommunicatus. *Tol. ibi.*

DECIMONONO.

Excommunicantur Iudices seculares, qui se interponunt in causis capitalibus seu criminalibus contra Ecclesiasticas personas.

201. *Contra immunitatem personalem Clericū.* Iudex secularis quo ad hoc est, qui iudicat, vt laicus, etiam si sit persona Ecclesiastica; vide nu. 191. etiam si agat sub spe licentiæ obtinendæ à

Sau-

sanctissimo etiam petita, & solita dari in similibus; quia agit dum nondum potest.

202. *Persona Ecclesiastica qua.* Persona Ecclesiastica quoad hoc privilegium est, si iuxta Trid. sess. 23. c. 6. de ref. habitum deferat clericalem, & tonsuram, & alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi adscripta sit.

203. *Quomocunque concurrentes.* Perstringitur hoc maledicto quicumque quomocunque concurrat ad præfata, ut Notarius, Scriba, Executor, Subexecutor. *Bulla.* etiam si pœna sanguinis non condemnatur, vel non exequatur. *Omnes.*

Imò minister iustitiæ capiens, vel etiam leviter percutiens Clericum pro causa criminali, est pro absolutione ad Sanctissimum mittendus.

204. *Excusati ab hac censura.* Excipitur ab hac censura, qui hic vetita agit, ex licentia specifica à Summo Pontifice sibi data, id est, ad cognoscendum pro tali delicto. *Suar. num. 103.*

Item si Clericus privilegium fori perdidit, An excusetur, qui putat hic vetita sibi licere, prætenso privilegio.

205. *An percutiens Clericum non ferentem habitum excommunicetur.* Quæres fortè, an percutiens Clericum non deferentem habitum, & tonsuram iuxta Trid. ubi supra excommunicetur? *Say. de cens. 3. cap. 23. num. 10.* *Suar. ubi sup. d. 22. sect. 1. nu. 6.* volunt à censura excusari. *Comit. verò resp. mor. lib. 6. quest. 10.* ait, ex decreto Cong. non excusari, quia Ecclesiastici habent duplex privilegium, vnum fori, de quo in hac Bulla, alterum Canonis, de quo *cap. si quis suadente.*

46 *Collectanea pro Bulla Cœna Domini.*
dente. & priuilegium Canonis non perditur, &
non deferatur habitus, & tonsura.

VIGESIMO.

Excommunicantur occupantes bona, aut terras
Ecclesie Romanae & illius iurisdictionem
usurpantes.

206. *Occupantes loca Ecclesie Romana.* Sufficit pro maledicto contrahendo inuasio quorumlibet locorum dictæ Ecclesie mediata, vel immediata ei subiectorum, etiam ratione inimicitie, vt dum ciuitas in partes est distracta. *Say. cap. 24.*

207. *Inuasio sufficit.* Sufficit etiam vexatio eorundem locorum. *Omnes.*

208. *Numpro defensione inuasio licita.* Num regulus bellum gerens cum alio regulo Pontifici subdito, possit illius ditionem inuadere? Non vt huius Canonis.

209. *Episcopus non absoluit.* Episcopus in his casibus non absoluit, etiam si occultis, non fauente Trid. *sess. 24. cap. 6. de refor. liceat, &c.*

210. *Absolutio in morte.* Absolutio in morte datur, vt dicitur *cap. 5. à num. 24.* Si absolendus deliquit contra libertatem Ecclesiasticam, non prius absolendus, quam decreta pragmaticas, & similia contra præfatam libertatem sanctitas, eraserit è libris & sustulerit è locis vbi posuerit. *Bulla.*

os(se
v

HVIE